



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Volumen Epistolarum, Qvas Romani Pontifices, Gregorijs  
III., Stephanvs III., Zacharias I., Pavlvs I., Stephanvs IV.,  
Adrianvs et Pseudopapa Constantinus miserunt& reges  
Francorvm, Carolvm Martellvm, ...**

**Gretser, Jacob**  
**[München], 1613**

Embolum de proteruia Leonis Archiepiscopi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65166](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65166)

\* Centur.  
chartara  
inferticiam  
vocat.

\* *Embolum de proteruita Leonis Archiepiscopi.*

**E**T hoc vestrae à Deo protectae excellentiae innotescimus, eò quòd postquam à vobis reuersus est Leo Archiepiscopus in nimiam superbiam eleuatus, nullo modo nostris præceptionibus, sicut antea, obedire voluit, sed brachio forti vsq; hætenus in sua potestate detinere videtur, Imolam atque Bononiam dicens: quod easdem ciuitates, nullo modo B. Petro, neq; nobis concessistis; nisi tantummodo eidem Leoni Archiepiscopo. Vnde dirigentes ibidem nostrum Missum, id est, Gregorium Sacellarium, qui iudices earundem Ciuitatum ad nos deferre deberet, & Sacramenta in fide B. Petri, & nostra, atque Excellentiae vestrae à cuncto earum populo susciperet; sed nequaquam idem Archiepiscopus eundem nostrum Sacellarium illuc ire permisit; Nam & Dominicum, quem nobis in Ecclesia B. Petri tradidistis atque commendastis, comitem constituimus in quandam breuissimam ciuitatem, Gabellensem, præceptum eiusdem Ciuitatis illi tribuentes, sed minime illum permisit ipsum actum agere, sed dirigens exercitum, vinctum eum Rauennam deduxit, & sub custodia habuit. Nam & de aliis ciuitatibus Æmiliae, id est, Fauentia, Ducatu Ferrariæ Comiado, & Foro Liuij & Foro populi Cæsna, & Bobio, seu Tribunatu decimo, nullum hominem exinde ad nos, pro suscipiendis præceptis actionum, aduenire permisit, nam illi omnes parati erant ad nos coniungere.

De reliquis vero ciuitatibus, vtrarumque Pentapoleos ab Arimino vsque Eugubium omnes, more  
soli-

solito, ad nostri aduenferunt præsentiam, & præcepta actionum de ipsis ciuitatibus à nobis susceperunt, & in nostro seruitio atque obedientia fideliter cuncti permanent, nisi solummodo ipse Archiepiscopus in sua ferocitatis superbia existit: sed petimus te coram Deo viuo, præcellentissime fili, vt nullo modo hoc tibi placeat, vt ea, quæ, sanctæ memoriæ, genitor tuus, & tu ipse B. Petro concessistis atque obtulistis, quod absit, temporibus vestris, auferantur, & Ecclesia B. Petri per malignos homines, qui iniqua immittunt, humilietur; sed magis semper per vos exaltata permaneat.

## ANNOTATIO.

**P**ropter istam rebellionem & pernicitiam meruit Leo iste collocari ab Illyrico in Catalogo testium veritatis pag. 68. Scilicet quo quis est contumacioris & inflexibilioris cervicis, eo plus gratiæ apud Illyricum reperit, & eo omni exceptione Lutherana veritatis maior testis est. Et tamen, si Leo iste reuiuisceret, Illyricum, tanquam nefarium Nouatorem, execraretur, & in malam crucem abire iuberet. Obserua autem, Illyricum ex imperitia nesciuisse, qui sint apud Adrianum Pontificem oletani Canones; non enim à loco ita nominantur, sed à vetustate, nam oletanum Adriano nihil est aliud, quam vetustum & priscum.

